dellos quisiere facer por medio pared por haber su parte estremada, ambos deben (*a*) dar el lugar para cimiento por medio, hayan la parte de consuno: (*b*) è si el uno no quisiere (*c*) dar su parte del lugar del cimiento, ni facer la pared, el otro faga la pared en lo

---

in persona quòd possit, scilicèt, civitas super publicam utilitatem legem promulgare, licèt Clericorum redditus diminuantur, non enim obligata est civitas Clericis specialiter ad suos redditus conservandos, sed quadam generali æquitate quam excludit charitas ordinata: *facit ff. si quis ob causam test. l. qui autem*, §. *si patronus*. Item, in ratione sui sic potest civitas per obliquum derogare molendino Clericorum ubi aufert duodecim in suo, ideo non dicitur ad alterius injuriam fieri, sed ad proprium commodum: *ar. ff. de cond. & demonst. l. Titio centum*, §. 1. & idem posset ex suo, licèt ex eo præjudicaretur civitati, & sic videtur quòd valeat statutum: *nec obstat cap. fi. de immun. Eccles. lib.* 6. quia hoc statutum non est contra Ecclesiasticam libertatem, & cessat causa præsumendi fraudem, quia videtur committere qui se plus alio diligit, ut suprà dictum est, si tamen statutum disponeret, ne quis iret ad molendinum Ecclesiæ non valet: *per alleg. c. fi.* sed quia antecedens est licitum, & permissum trahit ad se consequens, quòd in alterius læsionem fit, & cessat pœna illius: *c. fi. ar. ff. de liber. leg. l. is qui duos*, nam hoc statutum bona fide factum videtur pro bono civitatis, quòd est æquale bono Ecclesiarum: *C. de Sacrosanct. Eccles. l.* 1. *Pet. de Ancha. & Jo. Cald. ubi suprà.* Et circa hanc servitutem nota, quòd non potest constitui servitus ne eas per fundum tuum, nec aliquod in tuo facias: *ff. si serv. ven. l. sicuti.* §. 1. *&* §. *distant.* per quamlibet enim partem sui potest quis servitute uti: *ff. de serv. l. si cui, & de serv. rust. prædi. l. si via, & quemadmodum serv. amit. l. non satis*, §. *sed si is fundum.* Item nota incidenter, quòd licèt emphiteota non potest rem deteriorem facere, servitutem imponendo, quia propter canonem non solutum poterat res ad dominum reddire, cum inspiciendum est quòd accidere potest: *ut ff. de aqua plu. ar. l. diem, in fi.* verum tamen est quòd emphiteota potest constituere servitutem *per l. si habetur, ff. de pig. & per l.* 1. *de superfic.* quæ quidem servitus potest imponi tempore accessionis, vel traditionis rei: *de serv. urb. præd. l. per duas, & communia præd. l.* 3. *& l. si quis duas, in ratione, & ff. de serv. & aqua, l. in fundo.* Item nota, quòd si post servitutem impositam prædio, multiplicetur, vel augeatur prædium cui servitus debetur, non per hoc crescit servitus aquæ ducendæ, sed servitutis impositio facit terminum, & certitudinem quanta debeat dici: *l. non modus, C. de serv. & aqua, & l. ex meo, ff. de serv. rust. præd. & l. damn.* §. *si is, ff. de dam. infec.*

## ADDICCION.

*Con esta Ley concuerda la Ley 26. de la 3. Partida, tit. 22. que dispone, que si algunos tuvieren edificio comun, è estuviere mal reparado, è si alguno de ellos lo aderezáre, è reparáre en su nombre, è de sus compañeros, faciendolo saber à sus compañeros antes que labre, los compañeros son obligados cada uno por su parte de pagar la labor, è los gastos; è son obligados à lo facer fasta quatro meses del dia que la obra se acabáre, y les fuere mandado que lo paguen: è si los compañeros no lo ficieren, ha lugar lo que esta Ley dispone, que quede el edificio para el que lo fizo; pero si el que edificó lo fizo à mala fin, è no lo fizo saber à los compañeros, ò fizo alguna cosa de nuevo en su nombre, pierde el que edificó lo que gastó, è queda su heredad comun, como primero estaba.*

(*a*) SI DOS HOMES, AMBOS DEBEN. Et hoc ideo quia res est communis, & unus solus non est dominus: *ut l. parietem, ff. de serv. urb. præd.*

(*b*) DE CONSUNO. Et si unus nomine suo, & vicini ædificet parietem, repetit expensas pro parte: *ut l. si meo, ff. communi div.*

(*c*) NO QUISIERE. Et si prohibeat communi dividundo judicio erit agendum contra impedientem: *ut l. si ædes, ff.*

(c) 2008 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación